scriptionique eidem et omnibus eius contentis totius quoque opus fuerit
satisfacere cum suis successoribus tribus Term. ipsum primum tanquam pe
remptorium et alios subsequentes termines nullatenus exquisita nec colo
re excogitato nec inhabiliter neque extraneo vera et simplici infir
mitatibus litis et dictis quibuscumque Regalibus Actionibus pro maiori litis re
stitutione Bellis Colloquiis generalibus et particularibus Servitio Militari
Reipublicae et Sacrae Regiae Magnitudinis Interregno Minorennitate Successo
rum Incursu Hostium Aura pestifera Mala Cittatione et intempesti
na positione eiusdem ignorantia Cittationis ante terminum nec statutionem
Minutis eadem seu se excipiendo immo se cum successoribus suis in
iis remediis Motionibus Appellationibus earumque per adiutiones pro
sequutione Erasionis palis ter trium Marcarum Dillonibus ad Eri
ctorem tum mortificationem Inscriptionis praesentis Constitutionis Laudatae et Lau
dandae Legalibusque quibuscumque in praesentibus renunciando et abdicando nec
quicquam sibi in auxilium contra Inscriptionem praesentem eiusque defectum
recipiendo sive et suorum successorum sub amissione totius causae Nulla
praescriptione Terrae diuturnitate tacituritateque temporis abusu In
scriptionis praesentis obstante Quod in fidem firmatum est.

Chanasz quietat Iwanko

129

Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitulis Praemisliensibus personaliter
stans Honestus Chanasz Cerdo de Sub Castro Praemisliensi a mi
nibus iurisdictionibusque suis quibuscumque propriis foroque competentibus recedendo
Iuris vero praesenti iurisdictioni se cum successoribus subiicientem et incorporandum
Sanus mente et corpore existens pacem palam ac perexpressum recognovit
Quia ab Honesto Iwanko Sartore de Sub Castro Praemisliensi
Summam Decem Marcarum pecunie monete polonicae ipsi per eundem Actum praesen
tem Solvi inscriptum recepit et manualiter levavit ratione cuius receptionis eun
dem Iwanko quietat liberumque ac immunem fore cum ipsius successoribus

perpetuis temporibus dimittit Inscriptionemque praefatam super praetactam Summam
servientem cum omnibus eiusdem Conditionibus in toto cassat mortificat anni
hilat obliterat perpetue et in alium sibi et successoribus suis ratione
praemissorum perpetuum imponens silentium hac sua praesenti recognitio
ne mediante Quod in fidem firmatum est.

Actum in Castro Praemisliensi

18/II

Feria quinta post Cinerum proxima Anno Domini Millesimo Quin
gentesimo Octuagesimo Coram Generoso Alberto Lutosławski
Gladifero Terrae Vice Capitaneo Causarumque Officii Castrensis
Praemisliensis Iudice Officioque et Actis

Orzeczki quietat Skorutha

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitulis Praemisliensibus personaliter
stans Generosus Petrus Orzeczki in Orsko habens a pallatinatibus Terrae Di
strictibus iuribusque suis quibuscumque propriis ac foro competentibus recedendo
Iuris vero praesenti iurisdictioni se cum successoribus quo ad hunc actum tantum
attinet incorporandum et subiicientem Sanus mente et corpore existens
pacem palam ac perexpressum recognovit Quia a Generoso Georgio Sko
rutha Summam Mille Quingentorum florenorum pecunie monete polonicae ipsi
Actis Terrestribus Praemisliensibus inscriptum in bonisque ipsius Skorutha Cme
thonibus certis in villa Borszowice per eum habitis assecurat totaliter et
plenarie recepit manualiterque levavit receptamque et levatam ad se
tulit ratione cuius perceptionis eundem Generosum Georgium Skorutha
quietat liberumque ac immunem fore perpetuis temporibus cum eius
successoribus dimittit de bonisque ipsi vigore Inscriptionis praefatae in possessionem
traditis ipsi Skorutha condescendit Inscriptionemque eandem Terrestrem
Praemisliensem super praefatam Summam servientem cum omnibus eiusdem Con
ditionibus in toto cassat mortificat annihilat obliterat perpetue et
in alium sibi et successoribus suis ratione praemissorum omnium perpe